Quelle: https://manuscripta.at/?ID=908
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ex deo et per deum fit et omne
corporale malum ex homine
et per dyabolum fit. Et quip-
pe quicquid mali inuisi-
biliter instat. Sed ille hu-
mani generis inimicus per hu-
militatem domini nostri ihesu christi
perpetualiter uictus ac dam-
pnatus est cottidieque per
membra sua cum deuictus est
per sanctos suos qui hactenus
mole carnis aggrauantur.
Sed mitius eorum intercedentibus
triumphat ipse qui per eos
pugnat. Nec tamen non et
potius per eos qui iam sunt
cum eo coronati ad quorum
busta peccata nostra deflendo
concurrimus sedulo gloriosis-
sime aduersarium nostrum pellen-
do eliminat aduersariique de-
uincuntur et salutes [salu] ubertime
omnibus donantur. Horum
omnium martyria plures
ex frequentibus usibus liben-
ter ore testificantur quia
deo propiciante ubique iam
mundus in gloriosorum actioni-
bus innitus refulget eorumque
meritis reliquie salue fient.
Et dum iam tempore generalis
iudicii terminus immineat cele-
brioribus necesse est urgeatur
angoribus. Sed intercessoribus
priorum paulo differtur ci-
to casurus donec numerus be-
atorum implebitur et sic plenius
omnes electi cum domino semper ga-
uisuri.

Nec hoc pretereundum [cen] censeo
quod piissimus christi sacerdos
plus se ad exercitium sancte con-
uersationis cottidie exten-
dens pluris uirtutis cumu-
lum a deo meruit roborata
possidere mente. Nam et
quendam in his misellis
gregibus qui sepius orbis cau-
sa ac elemosine ad ipsam
cellam confluxerant et
benedici se ab eo petierant
aspexit horribili dolore de-
tentum sicut nec loqui nec
audire quid posset aliusque